Ieſu. Fui in Spiritu in dominica die: & audiui poſt me vocem magnam tanquã tubæ dicentis, Quod vides, ſcribe in libro, & mitte ſeptem eccleſijs quæ ſunt in Aſia, Epheſo, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiciæ. Et conuerſus ſum vt viderem vocem quæ loquebatur mecum. Et conuerſus vidi ſeptem cãdelabra aurea: & in medio ſeptem candelabrorum aureorum, ſimilem filio hominis, veſtitum podère, & præcinctũ ad mamillas zona aurea. Caput autẽ eius & capilli erant candidi, tanquã lana alba, & tanquam nix, & oculi eius tanquam flamma ignis: & pedes eius ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardẽti: & vox illius tãquam vox aquarũ multarum: & habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem. & de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat: & facies eius, ſicut ſol lucet in virtute ſua. Et cum vidiſſem eum, cecidi ad pedes eius tanquã mortuus. Et poſuit dexterã ſuam ſuper me, dicens: Noli timere: ego ſum primus & nouiſſimus, & viuus, & fui mortuus: & ecce ſum viuẽs in ſecula ſeculorum, & habeo claues mortis & inferni. Scribe ergo quæ vidiſti, & quæ ſunt, & quæ oportet fieri poſt hæc. Sacramentum ſeptem ſtellarum, quas vidiſti in dextera mea, & ſeptem candelabra aurea. ſeptem ſtellæ, angeli ſunt ſeptem eccleſiarum, et candelabra ſeptem: ſeptem eccleſiæ ſunt.

Eſa.41.b. & 44.a

Titulus

Qui eccleſiaſtica traditione huius libri habetur, ſic habet *Apocalypſis Ioannis Apoſtoli.*

VOX Apocalypſis Greca vox eſt ἀπὸ τοῦ ἀποκαλύπτειν. à reuelando, vnde Latinè reuelatio dicitur. D. Hiero. ad Galat. I. vocabulũ ἀποκαλύπσεως, ideſt, reuelationis negat vſquã apud ethnicos ſcriptores inueniri, verùm id cum alijs multis fuiſſe confictum à ſeptuaginta, quo commodius explicarent Diuina Dei myſteria, & quo ſermonis Hebrai

Apo tu apocalyptein.

Apocalypſeos.

2010 Ministerio de Cultura